

Christian Woldenberg Daniel Fischer

Dissertatio Inauguralis De Favore Eius Quod Publice Interest

Rostochii: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735224641>

Druck Freier  Zugang



Freude an allgemeinen
Nützlich

RU Jahr 1665

Christian Woldenberg Praes. 1a

Daniel Fischer, Resp.

sur Progr.



Q. F. F. Q. S.
DISSERTATIO INAUGURALIS
De
FAVORE EJUS
QVOD PUBLICICE
INTEREST,

Quam
Divinâ annuente Clementiâ
Consensu & autoritate
Amplissimi Jctorum in celeberrimâ Rosa-
rum Universitate Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi

V I R I

DN. CHRISTIANI VVOL-
DENBERGII, Crempâ-Holf: Phil: & U. J. D.

Decretal: P. P. Ducalis Consistorii Assessoris Gravissimi,
& Facultatis Juridicæ p. t. Decani Spectabilis,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores, dignitates & privilegia
capessendi

Publica disquisitioni submitte

DANIEL FISCHER Lubecensis,
Serenissimo Brunsvicensium & Lunæburgensium
Duci à Consilii

Ad d. 18. Julii in Auditorio Majori horis consuetis ante & pomeridianis.


ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad, Typogr. 1665.

D. F. O. S.
DISSERTATIO IN AUCURIALIS

FAVORE EJUS
QVOD PVBRLICE
INTEREST

Divina annuente Clementia

Amplissimi J. H. Schlegel
in celeberrima R. O. S.
Ordinis



SUB PRESIDIO

Nobilissimi, amplissimi & Consuevitissimi

V I R I

DN. CHRISTIANI WVOL-
DENBERGII, Campā-Holl: Phil: & U. J. D.

Doctoral P. V. Ducalis Confessoris Gravissimi

& Rectoris Juridicæ p. t. Decanis speculatis

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores, dignitates & privilegia

causant

Rebelle auctoritate submittit

DANIEL FISCHER Libeccens

Scientissimo Brandenburgico & Lauenburgensium

Ducis & Comitum

1718. Julii Indictionis Martii hora sexta ante R. pomeridiana

ROSTOCHT, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Idem

Quoniam de favore publicæ utilitatis, sive de æquitate & benigno jure ejus quod publicè interest, quædam disserere proposuimus; ante omnia rei, de qua sermo est, vera notio, veterum Juratorum exemplo, qui, uti in multis, ita etiam hæcenus Stoicos imitati, non minus verborum, quam rerum curam habuerunt, nobis eruenda est.

II. Et verò ipsa vox publicum æquivoca, prout de variis rebus diversimodè prædicatur, quæ homonymiæ passim à *Dd.* in primis *Wesembec. & Hahn, in parat. ad D. de Rer. divis. n. 3. Paurmeist. de Jurisd. l. 1. c. 21. n. 11. & seq.* accuratè exponuntur: Ita publicum interesse, seu publica utilitas (ratione universitatis alicujus civilis ita dicta) nihil aliud est, quam salutare medium, quod vel ad commodum totius status, vel ad commune etiam privatorum bonum spectat, per § 4. 3. de Just. & J. l. 1. § 2. *D. eod. l. 2. §. 2. D. Ne quid in loco publ. cap. Imperialem in pr. 2. Feud. 55.* Hic enim est verus scopus & finis civilis societatis, ut homines, qui illam inierunt, vel inituri sunt, quoad totum corpus, vel etiam, quantum fieri potest, singuli communiter, bonè beateq; vivant. *sec. Aristot. quig. eum sequuntur Politicorum scriptorum autores.*

III. Unde privata utilitas propriè dicitur ea, quæ non ad istum Reip. finem, sed ad proprium singulorum, vel quorundam commodum in particulari tendit per *l. 1. pr. D. de Rer. divis. Auth. Res quæ C. Comm. de leg.* non exclusis iis personarum etiam publicarum commodis, quæ nihil ad istum finem conferunt: Quo intuitu ipsi Imperatores suas res & utilitates privatas appellant *l. un. § 14. C. de caduc. toll. l. 3. C. de Quadr. præfer. l. 1. l. 3. C. de Pasc. publ. & priv. Rubr. & et. C. de Fund. rei priv. C. de Agric. & manc. dom. C. de Locat. præd. civ. C. de Collat. fund. fisc. C. de Priv. dom. Aug.*

IV. Inter illa verò quæ publicè dicimus utilia, nonnulla directò, immediatè & principaliter; alia verò non nisi mediatè, secundariò & per consequentiam ad istum finem tendunt. Hujusmodi sunt dotes conservari *l. 2. D. de Jur. dot. l. 1. D. Sol. Matrim. Testamenta in vigore manere. l. 3. D. Qui testam. fac. poss. l. 5. D. Testam. quemadm. aper. l. 1. pr. D. Si quis om. caus. test.* Neminem re sua abuti §. penult. *J. de hu. qui sui vel al. jur. absentes defendi l. 33. §. 2. D. de Procur. & id genus alia, quæ privatim publica, & publicè privata non ineleganter nominat Zasius in l. 1. D. Sol. matr. n. 38.* Et ita publica utilitas alia erit mediata & secundaria, alia immediata s. principalis. *Gudelin. de Jur. Nov. l. 5. c. 1. in f. Mynsing. dec. 4. Resp. 32. n. 19. Nat. Conf. 100. tom. 3.*

V. Nos hic de principali istà tantum tractaturi, in triplici eam consideramus sive gradùs sive speciei differentià. Primus gradus est Necessitas, 2. Utilitas in specie dicta; & 3. Splendor & dignitas publica *arg. l. 79. D. de V. s. l. 1. D. de Impensis in rem dot. can. Scias 35. causa. 7. qv. 1.* ubi tamen loco voluptatis & delectationis dignitatem & splendorem substituere nos materiæ jubet excellentia.

VI. Necessitatem verò publicam intelligo non absolutam illam necessitatem, sine quâ esse aut vivere non contingit, ut *Arist. loquitur l. 4. Metaph. c. 5.* & quæ plane aliter sese habere nequit; Ea enim potius stricti juris est *l. 1. 62. D. de R. J. c. 78. de R. J. in 6.* sed eam

quæ ad bene esse omnino requiritur, & sine quâ bonum publicum, quod intenditur, obtineri nequit; Hæc enim demum est, propter quam multa publico juri præstita sunt privilegia *l. 27. C. de Fidejuss. & Mandat.*

VII. Utilitas autem publica strictè dicta est, quæ publicum bonum in lucris quærendis & damnis vitandis probabili & honestâ ratione promovet & conservat. Quæ tamen ipsa (in primis quando magna est & evidens) necessitati propemodum æquiparari solet *Clem. 1. de Reb. Eccles. non alien. Sebrader de Feud. part. 4. c. 1. n. 26. Wesemb. part. 2. Conf. 59. n. 7. Cravet: conf. 27. n. 8. & conf. 195. n. 8.*

VI II. Tertio loco dignitatem posui & splendorem publicum; quorum verborum largiore sensu omnia ea complector, quæ non quidem adeo evidenter necessaria & lucrosa in publicum afferunt commoda, sed tamen auctoritatem, decus, venerationem & bonam famam ipsius reipubl. tam per se, quam in personis publico honore & officio fungentibus salutariter adjuvant. Quemadmodum reip: prodesse videntur, quæ reverentiorum & honestam de statu ipso, deque negotiis ad eum pertinentibus opinionem vel exterorum vel subditorum animis imprimunt *Lips: polit: lib: 4. c. 9. quò spectat Imperii sive Reip: dignitas cap: Imperialis 2. Feud. 52. nec non ea, quæ pompæ, ornatui & decori publico inserviunt l. 6. C. de Oper: publ: ut & personarum, quæ honorabili officio publicè præfunt, præeminens qualitas, cultus, verecundiæque & honoris sustentata auctoritas, Delrio ad tit: C. de Dignit: in pr. Perez. ibid:*

IX. Ratione Imperii autem (quod communis nostra est patria *arg: l. 33. D. ad Munic:)* Statuumque illius ac Rerum publicarum diversimodè invicem subordinatarum valde diversa etiam occurrit ejus, quod publicè interest, consideratio. Quam tamen varietatem ad quatuor potissimè reducere licet species, ut (1) aliud sit Interesse publicum totius Imperii, quod universaliter & κατ' ἐξοχην publicum dicendum per *l. 75. l. 16. D. de V. S. (2)* aliud, quod tamen ab isto parum deviat, Circulorum in Imperio interesse; (3) aliud Statuum immediatorum, qui licet singuli partem & membrum universi illius corporis constituent, per se tamen spectati, & ratione jurisdictionis, dignitatis & auctoritatis, tantum in territoriis suis possunt, quantum Imperator in Imperio, uti tria habet Politicorum & Jctorum regula. (4) denique aliud civitatum municipalium, sive mediatorum Statuum atque membrorum publicum Interesse. Hæc enim municipia, quatenus universitate n. quandam civilem per se denotant, reipublicæ nomen, citra invidiam obtinent, uti probat *Dn. Mevius in comm: ad Jus Lubec: l. 2. tit: 3. ad Rubr: n. 4. Donell: in l. Civitas 27. D. de Reb: cred: n. 5. Respectu sui superioris autem, & multò magis totius Imperii respectu, ipsa & omnia quæ ipsorum sunt pro privatis habenda sunt per *l. 15. l. 16. l. 17. D. de V. S.**

X. His ita breviter prælibatis subjungo ipsam favoris publici, de quo agimus, definitionem. Est itaque favor publicæ utilitatis nihil aliud, quam extensio juris communiter constituti largiori interpretatione publici majoris commodi gratiâ ex æquo & bono recepta. Atque ita vox ista complectitur omnes prærogativas, beneficia, remedia, & privilegia etiam, quæ ex æquitatis moderamine per LL. congruamve Legibus inter-

terpre-

terpretationem in reip: ipsius, vel commūne singulorum in repub: viventium commodum præter stricti & ordinarii juris rationem obtinent, vel obtinere possunt.

Huc spectant generales in jure & apud JCros passim obviæ regulæ (1) Quod utilitas publica (ubi aliàs omnia sunt paria, ut ait *Zaf. ad l. 1. D. Sol. matr. n. 38. i. e.* ubi privata utilitas certo jure vel potiori contra temp: favore munita non est) præferatur privatæ, l. 3. C. de primipil: l. 10. C. de SS. Eccl. l. un. §. 14. C. de Caduc. toll. Auth: *Quæ res C. Commun. legat. Nov. 39. c. 1. cap: 18. X. de Regular. ver: Illa semper regula.* (2) Quod eadem ratione id merito prævaleat, in quo major est utilitas publica, arg: l. 5. C. de off: *Rect: prov: Cap: 3. X. de posul: prælat: Zaf. in l. 41. §. 5. D. de Leg. 1.* Quodque (3) Lex in publicè utilem ambigüe inclinans partem interpretatione vel maximè juvanda l. 64. D. de *Condit: & demonstr: ibiq; Dd. Zaf. Conf: 14. n. 18. lib: 1.* Inde vero declinans (4) æquioribus decretis ita temperanda sit, ut stricta juris ratio insuper habeatur l. 43. D. de *Religios: l. 13. §. ult. D. de Injur. c. 3. prope fin: de Sentent: & re judic: in 6. adeò ut (5) ex identitate rationis extensio juris hïc procedat etiam in odiosis, correctoriis, & à jure exorbitantibus. *Barr: in l. 2. §. Exercitum D. de His qui nor: inf: n. 2. & in l. 7. C. de Agric: & Cens: Felin: in c. Nonnulli X. de Reser: n. 16.* Sicuti etiam (6) quod in omni dispositione & prohibitione publicæ utilitatis & necessitatis ratio intelligatur excepta per l. *Jubemus 10. ibiq; Bald: C. de SS: Eccl: l. Nullus 11. ibiq; Barr: C. de Curs: publ: maximè ea, de quâ verosimiliter cogitatum non fuit. l. 5. D. de Transact: Alex: & Zaf: in l. Si ex toto D. de Leg: 1. Schrader: de Feud: par: 10. sect: 1. numer: 130.* (7) Quod Juri publico publicæque utilitati per pacta, contractus & renunciaciones privatorum nihil derogetur l. 2. §. 8. D. de *admin: rer: ad civ: pertin: l. 38. D. de Pactis l. 29. C. de Pactis & ibi Barr: & Dd. ne quidem juramento intercedente, per cap. Si diligenti 12. X. de Foro com: pet: c. 19. c. 27. X. de Jurej. Barr: ad l. 57. D. de Fidejuss: n. 8. Gail: 2. obs: 39. n. 16.* (8) Quod in iis quæ publicæ utilitatis gratia fiunt, facilius venia à supremo numine speretur l. 10. C. de *Feris.* Etiam præmia aliquando pro facinoribus tributa legantur l. 2. §. 7. D. de *orig: Jur: l. 5. §. ult: D. de Re milit: Et quod (9) cautiùs & prudentiùs circa publicas has utilitates versandum Nov: 139. c. 5. Nov: Leon: 109.* Quodque (10) multa propter commodum publicum iusta & licita sint, quæ aliàs quodammodo viderentur illicita, arg: l. 5. C. de off: *Rect: prov: l. 33. D. de Injur: l. 1. ibiq; Jason n: 3. & 4. D. de Usuc: Quandoquidem (11) publicæ utilitatis gratiã sæpè à juris communis regulis receditur, multa que permittuntur, quæ aliàs non fierent l. 51. §. 2. D. ad L. Aquil. Borcholt. Conf: 17. qu. 1.* Et tandem (12) Salus Reip: & ne quid subditi detrimenti capiant, maximè curanda sunt *Nov: 149. c. 3. Nov: 161. c. 2.**

XI. Plura ejus generis hïc accumulare non attinet: Quoniam enim distincte, uti par erat, ista hïc vice explicari nequeunt, per se verò & ita nudè positæ generales hujusmodi assertiones ut plurimum in jure periculose sunt, l. 202. D. de *Reg. J. c. 3. an: 2. Feud: 23. Rectius fortassis sec: l. 8. D. de R. J. specialioribus quibusdam exemplis hujus favoris vis & effectus secundū utilitatis nobis definitæ & distinctæ gradus exponetur.*

XII. Cujus primum adeò caput constituit Publicè utilis Necessitas; Et

huic in tantum favent Leges, ut contra l. 11. D. de Reg. J. S. ult. J. qui sui vel alieni jur. f. & sim: res subditorum etiam sine facto ipsorum, ex plenitudine potestatis (seu, ut Grotius amat loqui, vi eminentis Domini) in publice necessarios usus converti & aliis istâ ratione concedi possint, l. 15. §. 2. D. de Rei Vind: l. 11. & ibi Bart. D. de Evid. Arnif: de Jur. maj: l. 3. c. 1. n. 9. Mynsing. Cent: §. observ: 79. Grot: de J. B. & P. l. 1. c. 3. §. 6. lib: 2. c. 14. §. 7. & l: 3. c. 20. §. 7. Boekler: dissert: ad Grot: quæ est de Dom: Emin: dummodò damnium, quod privato inde evenit, sine majori Reip: jacturâ aliquâ ratione è publico sarciatur per l: 13. §. 1. D. Comm: præd: l. 2. C. Quibus ex caus: serv: pro præm: lib: acc: Arnif: d. l. Trentating: Resol: 2. Quod cujusq; univ: nom: n. 6. Nat: Cons: 122. n. 16. tom: 1. & Autores modo allegati. Nam ad justî pretii refusionem plenam & præcisam Principem, aut superioris jure gaudentem rem publ: semper teneri, negamus cum Gail: l. 2. obs: 56. n. 12. & facit c: In nostra 8. X. de Injuriis.

XIII. Sic subditi, præsertim opulentiores, ad mutuandum Principi pecunias summâ necessitate imminente cogi possunt, Bobadilla l. 5. pol. c. 5. Molin. de J. & J. disp. 315. Manic. de Tac. & amb. convent. l. 8. t. 5. n. 18. Hering. de Fidejuss. c. 8 n. 101. Klok de Contrib. c. 7. n. 49 & seq. Cöppen decis. 59. n. 23.

XIV. Anne vero tantundem etiam potestatis in bona exterorum, quæ in territorio reperiuntur, quorum proprietarii nulla juris vel subjectionis ratione ipsi civitati s: reip. obstricti sunt, competere possit, id vero dubiæ quæstionis est. Et quanquam illud absolutè neget Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 14. n. 8. Dec. ad e. Quæ in Ecclesiarum X. de constit. Mynsing. cent. 5. obs. 97. n. 6. & alii. Tamen hodiè novum amplius aut insolitum non est, ut in casu necessitatis, apud cultiores etiam gentes, ejusmodi bona (si non absolutè, saltem sub obligatione mutui) pro conservacione & protectione statûs detineantur; quâ de re suprâ laudatus Dn Bœclerus per exempla in d. dissert: allegata, & ipsa experientia fidem facit. Hinc satis cautè in novissimis pactis Hispanum inter & Belgas Monasterii anno 1648. art. 20. ut & inter Gallum & eosdem Belgas anno 1662. initis artic. 25. ut ne utrinq; sibi & suis subditis ejusmodi prætextu damno esse possit, provisum est.

XV. Et cum regulariter nemo rem suam vendere, vel alienam invito emere cogendus sit l. 11. l. 13. l. 14. C. de contr. emt. l. 16. C. de Jur. delib. Tum inter eas causas, quibus quis ad contractum hunc ineundum obligari potest, nulla est potior, quam si ob publicum commodum (ratione videlicet indigentix publicæ, & carioris annonæ tempore) cujuscunq; conditionis homines coguntur, ut pro ratione facultatû suarum frumenta & alias species coëmant sec. l. 1. C. ut nem. lic. in empt. spec. se exc. ibiq; Perez. n. 3. Suedewin. ad § fin. n. 11. J. de Emt. vend. Cöppen decis. 59. n. 18. Menoch. Conf. 137. n. 13. lib. 2. vel ut superfluum, quod habent, justo pretio vendant, l. 1. l. 2. C. ut nem. lic. & ibi Luc. de Penna. Bart. ad l. 1. C. de Episc. aud. & in l. 1. § Cura carnis D. de offic. præf. urb. Mynsing. cent. 5. obs. 27. n. 5. aliq; Autores, quos pluribus in hanc sententiam allegat Menoch. d. conf. 137. n. 18. Id quod etiam de exteris, qui frumentum vel alia ad victum spectantia in civitate possident, in casu inevitabilis caritatis intelligitur d. l. 1. & 2. C. ut nem. lic. Huc etiam pertinet, quod ad emenda illa, quæ ad necessitatem publicam coëm-

ta ser-

ea servari ulterius non possunt, subditos compellere licitum est *Gl. fin. ad d. l. 1. C. ut nem. Rebuff. ad eandem l. sub voce Frumenti. Felin: ad c. Prasentis l. X. de Judic. n. 2. Christin: vol. 5. decis. 22. n. 15.*

XVI. Non tantum verò res & jura subditorum, sed & personas ipsas, quæ pars civitatis sunt, sibi multum obligatas habet hoc utilitatis genus, adeò ut civem etiam innocentem ab hoste postulatum pro conservandâ civitate, quæ virib; hostium sustinendis impar est, ad exitium deserere, & vel ad dedendum sese cogi posse, contra Vasquium disputet *Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 25 n. 3.* Et verò quemadmodum ad iniquitatem hanc non facile est descendendum, nec alterius damno imputandum, quod sine culpâ ejus evenit *l. 1. pr. D. de alien. jud. mut. c. f. l. 22. C. de Pen. c. 37. de Elect. in 6. Cravet. conf. 696. n. 2;* Ita in casu, quo vel uni isti homini, vel toti civitati pereundum est, illud certe admittere satius fuerit, quam propter unius membri conservationem integrum corpus pessundare. Est etenim hoc ex iis exemplis, quæ quidem iniqui aliquid habent, quod contra singulos tamen publicâ rependitur utilitate, *Tac. l. 14. annal. Jaf. in l. Ex facto 43. D. de vulg. & pup: subst. n. 14.*

XVII. Amplius etiam sese diffundit publicus hic favor, dum contra *l. penult. D. de off. Pras. c. 33. X. de Jurejur. c. 17. de Elect. in 6.* non singulorum civium tantum dominia, sed & plurium subditorum subjeetarumque ditionum alienationem pacis & alterius necessitatis publicæ gratiâ permittit. *Ant. Gabr. Commun: conclus. l. 3. de Jure quæs. non toll: concl. 8. n. 12. Cuno de pactis l. 1. c. 22. n. 62. Rosenthal de Feud. c. 9. membr. 1. concl. 62. n. 22. Arnif. de Jur. Maji. l. 3. c. 1. n. 12. Barbat: conf. 11. coll. 3. ver. ad hoc respondeo mult: vol. 2.* ita ut redemptio pacis & securitas publica legitima ditionum ab Imperio alienandarum causa sit. *Instr: Pac: Cæsar: Gall: arit: Quo magis autem cum seqq.*

XVIII. Seria aliàs & satis religioſa videtur prohibitio, quâ nulla rerum Ecclesiasticarum alienatio, nisi fortaſſis in majores Ecclesiæ usus, vel pietatis gratiâ, permittitur. *l. Jubemus 14. & Authentica seqq. C. de SS Eccles. c. 10: & t. 1. X de Reb. Eccles: non alien: c. Non licet 20. & c. Sine except: 52. caus: 12. qu: 2.* Nihilominus quin eas in casu repentinae & inevitabilis necessitatis etiam in civiles Reip. usus consumere liceat, *Recess. Imp: Spir. anno 1542. & 1544. §§ Aber der Kirchen, ut & exempla Biblica optimorum apud Judæos Regum, Aſæ 1. Reg: 15. Joaschis. 2. Reg: 12. & Hiskia 2. Reg: 18.* dubitare nos non sinunt.

XIX. Facilius Ecclesiasticarum, ut & aliarum quâcunque ratione exemptarum personarum privilegia & immunitates belligerendi, alteriusve gravioris mali avertendi necessitati posthabentur, *Soc. in l. Si ex toto D de Leg. 1. Nat. conf. 63. n. 21. Myns cent. 4. obs: 70. Köppen. decis. 61. n. 9. & sq.*

XX. Quemadmodum & in contributionibus Imperii pro bello contra Turcas, Turcæque socios gerendo, ut & propter alias necessitates indictas, ejusmodi personas nullâ exemptione gaudere, notum est *Rec: Imp: 1542. § und nemblich sollen/ Rec: J. 1544. § und nemblich sollen R. J. 1566. § diweil um R. J. 1576 §. und nach dem R. J. 1582. § und nach dem R. J. 1594. § nach dem nun R. J: 1603. § nach dem es*

num. 7. R. J. 1548. § damit aber gemeine R. J. 1671. so sollen hiemit/adeò, ut ne Imperator quidem ab iis quinquam possit præstare immunem, prout vult *Bocer. de jur. collect. c. 11. n. 50. Klok. de contrib. c. 16. sect. 1. n. 39. & seq. per text. R. J. 1521. § Item haben wir uns weiter R. J. 1551. §. nemblich also R. J. 1582. § die weil dann.*

XXI. Eadem necessarix utilitatis ratio in vectigalium novorum institutione occurrit, ne videlicet illorum exactio aliter, quam ad sublevandam publicam tenuitatem & necessitatem permittatur. *l. 1. & t. t. C. Vect. nov. inst. non p. Vasq. de succ. progress. præfat. n. 117. Mysf. Cent. 5. obs. 31 n. 4 Klok. de contrib. c. 3. n. 117. Et cum per vectigalia nova intelligantur etiam vetera, in quantum illa ultra antiquam consuetudinem augentur l. 4. & Cujac. parat. C. Vectig. nov. inst. n. p. Rol. à Valle cons. 42. n. 12. vol. 3. Chassan. in Consu. Burg. tit. des Justices § 4. ver. Indice n. 29. Arnij. de Jur. Maj. l. 3. c. 7. n. 6. utique de augmento horum par ratio habenda erit. In Imperio certè, ut ne utrumque temerè eveniat, singulari studio lancitum est, ut nova vectigalia Imperator nemini concedat, vel vetera adaugeat, nisi vicinorum prius, & quorum interesse potest, Statuum desuper audiat & perpendatur contradictio, & deinde omnium & singulorum Imperii Electorum unanimis accedat consensus vid. Capitul. Leopoldina artic. 21.*

XXII. Quæ vero publica necessitas atque utilitas ad impositionem vectigalium requiritur, eadem deinde exactionem illorum, si ritè & ex justâ causâ imposita sunt, tanto reddit favorabiliorem, adeò, ut præter gravem commissi poenam, de quâ passim *t. t. D. de Public. & Vect. t. t. C. de Vect. & Comm. qui vectigal (ut & tributorum illationem) defraudare nituntur, etiam in foro conscientix peccare videantur per Epist. Pauli ad Rom. c. 13. in pr. v. § & 7. Matth. 22. Covarruv. in c. Peccatum de R. J. in sext. n. 4. in f. cum allegatis ib. Suarez. de Leg. l. 5. c. 3. num. 6. Gutier. de Gabell. qu. 2. n. 22. in f. Parlador. rer. quotid. c. 3. pr. Carocc. de Loc. cond. Vect. qu. 1. Marchisel. recoll. qu. 7 n. 1. Et viator ad solvendum vectigal & ad denuntiandum merces obligatus sit, quamvis non admonitus sec. Hostiens. in summi. tit. de censibus § Ex quibus causis in f. Bertach. de Gabell. p. 9. n. 1. & 3. Gutier. de Gabell. qu. 3. n. 6. in f. Suarez. de Leg. l. 6. c. 8. n. 6.*

XXIII. Eò amplius extenditur favor ritè institutorum vectigalium, ut, cum aliàs regulariter cessante causa cessare debeat effectus, ut est communis theoricæ, de quâ vid. *Tiraqu. tr. cessante causa;* in vectigalibus tamen etiam si cessavit causa, si tamen propter temporis longinquitatem ignoratur, annon alia legitima causa in locum cessantis subrogata sit, æquius habeatur vectigal manere. *per c. 26. §. præterea X d V. S. Bonifac. de Furt. §. Fraudulosa n. 32. Thoming. cons. 39 n. 94. Et qui latius hæc de re dixerit, Suarez. de Legibus l. 5. c. 15. n. 9.*

XXIV. Non minore est sive necessitatis sive utilitatis publicæ ratio in materiâ tributorum; utpote quibus non illatis *Remp.* conservari possibile non est *Nov. 149. c. 2. & 3. Nov. 161. c. 2. Tacit. 4. annal. Lips. 4. pol. c. 11.* Ideoque eorum indemnitati omnibus modis est consulendum *l. 2. C. si propter publ. pens. adeò, ut iis omnia cedentis bona priori loco obligata sint l. 1. C. si propt. publ. pens. l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hyp. hactenus saltem, ut post plias causas omnibus aliis creditoribus eam concursu præferantur*

rantur *Dn. Hahn: obs. ad Wesemb: parat: de Privi: cred: n. 4. Berlich. tom. 2. concl. 64 n. 105. Carpz. Resp. Elect. l. 2. tit. 10. Resp. 77. n. 8: & seq: & Jurisp: for: p: 1. Const: 28. def. 48. seq. Köppen decis. 28. n. 17. Dn. May: ad J. L. l. 3. r. 1. art. 12. n. 5. seq.*

XXV. Et quamvis aliàs durum videatur & inhumanum publicatione pompæ rerum familiarium vel paupertatis detegi vilitatem, vel invidiæ exponi divitias, uti ait *text: l. 2. pr. C. Quando & quib: quart: pars deb.* Quamvis etiam absque periculo non facile mutetur vetus contribuendi modus, siquidem nova & inopinata facile subditos turbant *l. 4. §. 4. D de off. Proc: cons: l. 9. §. 6. D de Publ. & Vectig:* Tamen si alia via ad præcavendas in tributorum illatione fraudes & querelas non sufficit, dubium non est, quin census æquabilis (res, ut *Livius* ait, salubris) & æstimi sive catastro publici conficiendi ratio in bene constitutâ rep. consensu totius universitatis singulariter introduci possit, *Perez. ad C. de cens. n. 2. & seq. May. ad Jus Lub. l. 2. t. 3. art. 3. n. 7. Klok de contrib. c. 17. n. 19. & seq. ir. n. 172. ib. Menach. cons. 28. n. 33. Craver. cons. 195.* Idque multis & magnis cum utilitatibus conjunctum est, de quibus *vid. Bodin, l. 6. de Rep. c. 3. Arnif. l. 1. Pol. etis: Lips: pol. 4. c. 11. Perez. d. l. n. 13.* Ideo nec S. Scripturæ autoritas hunc modum improbat, *Matth. c. 17. in f. & c. 22. v. 21. Ep. ad Rom. c. 13. v. 7.*

XXVI. Quin & hoc ad tributorum pariter atque vectigalium favorem spectat, quod quæ alterutrius ratione reip. debentur, compensationem nullatenus admittant *l. 3. C. de Compens.*

XXVII. Tributorum interim causam favorabiliorem dixeris, quam vectigalium, cum ab illis (utpote quæ signum subjectionis & tessera superioritatis audiunt) immunitatem nullo unquam tempore præscribant subditi, sed ad hoc speciali exemptionis jure & Privilegio opus sit. *l. 6. C. de Præscr. 30. vel 40. ann. c. cum inter 5. & ibi gl. in ver. de consuetudine X de consuet. c. ad audientiam & ibi Felin. n. 20. X de Præscript. Boër. decis. 264. n. 19. Gail. l. 1. Obs. 21. n. 16.* In vectigalibus autem aliquem præscriptio locum habet *per l. 4. §. 2. l. 9. §. 6. D de Publ. & Vectig: ibiq: Barr. & Dd.* quanquam inter Dd. de tempore præscribendæ immunitatis à vectigalibus non satis convenit, aliis ex præscripto juris canonici immemorabile tempus exigentibus *per c. super quibusdam 26. §. Præterea X de V. S. Cyn. in l. 2. C. Nov. Vect. inst. n. p. n. 21. Abb: Sic: cons. 28. coll. ult. ante fin. vol. 2. Alex. cons. 6. l. 1. Dec: cons. 85. n. 1. Cephal. Cons. § 28. n. 45. & cons. 176. n. 26. Barsat. cons. 142. n. 19. Mynsing: cent. 5. obs. 29. n. 11.* aliis verò convenientius fortassis & magis congruè Juri civili quadraginta annorum spatium huic rei sufficere arbitrantibus *per l. 4. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. ult. C. de Fund. patrim. Barr. ad L. Licitatio (seu Locatio) 9. §. Earum n. 3. D. de Public. & Vect. Balbus de Præscript. p. 2. p. 5. pr. qu. 5. Pet. Ravenn. Sing. 849. Peregr. de J. Fisci l. 6. tit. 8. n. 28. Rosenthal de Feud. c. 5. concl. 46. n. 3. cum allegatis sub lit. C. Stephan. Berrr. cons. 130. n. 9. vol. 4. & cons. 95. n. 3. vol. 5. Corn. cons. 268. n. 19. vol. 4. Curt. jun. cons. 61. vol. 2. Craver. cons. 111. n. 12.*

XXVIII. Claudant hoc caput viarum, itinerum, pontium & similium ad publicam omnium utilitatem, sive potius necessitatem spectantium operum & rerum constructio, reparatio & conservatio. A quibus nullum genus hominum vel digni-

tatum cessare, ne Augustam quidem domum, volunt Imperatores l. 4. C. de Privil: Aug: dom. & ad istos fines Ecclesiasticis quoque personis collectam indici posse, satis monstrant l. 7. l. 10. & ibi Barr: Bald. & alii Pd. C. de SS. Eccl: Nat. Conf. 311. n. 4. & 5. & Conf. 280. n. 6 Schurf. Conf. 44. cent. 1. n. ult. & Oent. 3. Conf. 55. n. 11. quorum & tantus favor est, ut non solum forensium (sive exterorum) bona, quæ in territorio & jurisdictione sunt, ad ea teneantur l. per Bithyniam. 2. C. de Immun. nem. conc. Sed etiam legata, quæ ad pontium viarumque constructiones sive refectiones relicta sunt, pia causa vim habere censeantur. Gl. & Alex. in l. 1. §. Ad municipium §. D. ad L. Falcid. Bald. in Auth. Similiter. C. ad L. Falc. Tiragu. de Privileg. pie cause in pras. ver. Item Legatum factum.

XXIX. Transeo nunc ad secundum caput, utilitatem sc. in specie dictam, quam tamen adeo vicinam & connexam modo dictæ necessitati esse jam supra th. 7. monui ut difficulter ab invicem divellantur, inprimis ea, quæ pro damno & detrimento à re. avertendo, & ut publicum illæsum maneat. Nov. 17. c. 1. laborant.

XXX. Huc spectat restitutionis in integrum remedium, quo Resp. qualibet, si graviter læsa sit, pupilli & minoris instar, uti potest l. 22. §. ult. D. Ex quib. caus. maj. l. 4. C. eod. ibiq. gl. & Bart. l. 3. C. de jur. reipubl: Cujac. in paratit. l. ad C. Ex quibus c. maj. Specul. l. 2. part. 3. de Rest. in int. §. 3. n. 19. Ruin. Conf. 66. n. 13. l. 5. Menoch. de recup. poss. rem. 15. n. 192. Gædd. Conf. 34. quod est de Jure civitatis. conf. 5. n. 49. & quidem usque ad ordinarium quadriennii à læsionis tempore numerandi spatium per c. 1. & 2. de in int. rest. in 6. ibiq. Petr. de Ancharano num. 2. Clem. un. de Restit. it. Cujac. d. l. Rempubliam 3. ibique gl. Bart. & Paul. de Castro C. de jur. Reipubl. Gædd. d. consil. nisi damnum sit eminentissimum. Tunc enim civitatem etiam post quadriennium audiendam esse, favorabilius statuunt. Alex. Conf. 150. n. 6. vol. 7. Trentac de Rest. in int. resolut. 3. Ver. Declara hanc.

XXXI. Huc refero, quod, cum in privatis negotiis sub specie & obtentu novorum instrumentorum transactiones & res judicatæ ordinariè non retractentur. l. 29. C. de Transact. l. 4. C. de Re judic. l. Imperatores 35. D. de Re judic. & ibi Zasius n. 3. & 4. sq. nonnullas hujus regulæ adducens fallentias; In publico tamen negotio hujusmodi instrumentis ex causâ (id est ad quadriennium usque) uti permittitur. d. l. 35. D. de Re judic. & ibi Barr. & Zas.

XXXII. Præcavendis etiam majoribus damnis, quæ Reipubl. ex ordinario succipiendi vel præscribendi jure per solum temporis lapsum oriri possent, salutariter in multis receptum esse videtur, ut publica jura, quanto propius universitatis conservationem spectant, tantò difficiliter præscriptionis titulo tollantur, vel certè ordinariis præscriptionum spatiis non includantur. Sic Jurisdictionem Imperii universalem, seu omnimodam illius exemptionem, per subditum quidem nullo, ne immemoriali quidem tempore præscribi posse, communior videtur interpretum opinio. per Gl. in c. Volumus 16. quæst. 4. verb. Ecclesie c. 12. c. 16. X. de Præscr. Panorm. in c. per Venerabilem X. Qui sil. sint legit. num. 37. & in c. Non liceat 12. coll. penult. X. de Præscript. Paurm. de Ju.

de Jurid. l. 1. c. 21. n. 7. & 11. Schenk: de Feud: l. 1. tit. 14. n. 11. Mandan: de Mand: Iud. l. 2. c. 67. num: 4. Obrecht: de Jurisdic: l. 3. cap: 3. num: 7. Victor de Caus: exempt: Imp: concl: 7. & 12 Reinking: de Regim: sec: & Eccles: l. 1: cl: 2. c. 9: num: 139. & seq. & probatur per text: Rec: Imp: 1521. § und als wir & 19 R. 7 1576. § Sincemat dan. quemadmodum etiam huc faciunt Præjudicata Camera de anno 1510, d. 10 Julii & anno 1560. quæ allegat Rosenthal de Feud: c. 5. concl: 16. num: 1. in not: sub l. A. quanquam in contrariam hic non obscure abeant sententiam poss. Barr: ad l' Hostes D. de Capt: & postl: num: 6. & Felin: inc. Cum non liceat num: 10. & in C. Cum nobis num: 4. X de Prascrip: Crav: de Antiquit: comp: part: 4. ver: Materia ista. num: 73. Vasq: Controv: Ill: part: 1. l. 2. cap. 78. num: 4. & c. 82. num: 7. Peregr: de Jur. fisci l. 1. tit: 2. de iis qui jur: fisco: hab: num: 61. Covarruv: ad c. Peccatum de Reg: 7 in 6. part: 2. § 9. num: fin: Arnis: de Jur: majest: lib: 2. c. 2. num: 5. in f. In quâ tamen opinione parum præfidii esse potest illis, qui se malâ fide aut sine justo alienationis titulo subtraxerunt, siquidem monente eodem Arniseo & Rosenthal. dd. ll. præter immemoriale tempus bonam fidem & perfectam ignorantiam tacitumque Imperii consensum probare debent.

XXXIII. Anne autem populus sive Princeps extraneus terras & ditiones ab Imperio alienatas unquam præscribere possit? Alia quæstio est, quæ ex jure gentium utique decidenda est. Nos, sicut ad tranquillitatem universi orbis pertinere agnoscimus, ut præscriptionis & usucapionis aliquod jus inter gentes obtineat, quâ de re vid: Hug: de Roy: de Eo quod justum est l. 3. c. 2. num: 4. Hugo Grov: de J. B. & P. l. 2. c. 4. num: 1. & 2. Conring: disput: de Imperat: Rom: German §. 18. & 20. Limn: ad art: 9. Capitul: Car: V. verb: zum fürderlichsten num: 7. § 1. Itarem sive ditionem ex probabili aliquâ, aut planè ignorâ causâ alienatam, bonâque fide & tacito Imperii consensu per immemoriale tempus possessam contra Imperium præscribi posse, illi nationi aut genti, quæ eandem juris rationem contra se valere concedit, libenter condonamus. Eorum verò, quæ injustè Imperio ablata esse constat, vel indagari potest, perpetua semper manebit autoritas, perpetua repetitio Limn: d. l: num: 25. & huc referenda sunt verba d. Rec: Imp: anno 1521. § und als wir: ibi so dem Reich entzogen und länge Zeit in frembde Hände gewesen: ir: Capir: Caroli V. art: 9. Ferdin: I. artic: 8. & seqq. Imp: verb: die in anderer frembder Nationen Hände ungebührlicher Weise gewachsen. & quæ de feudis & dominis in Italiâ injustè alienatis specialius statuta sunt Capitul: Ferdin: II. Ferdin: III. Ferdin: IV. & Leopold. artic: Zu dem und insonderheit.

XXXIV. Minus damnum evenit Imperio ab exemptione illâ quâ Status aliquis immediatus in mediatum mutatur, so durch andere Stände aufgezogen werden Rec: Imp: 1541. § doch sollen die Rec: 1542. § und wiewol & simill. Siquidem per illam mutationem redditibus & jurisdictioni Imperii parum vel nihil decedit, cum omne exemptionis in eximentem redundet R. 7. 1548. § und als durch 1566. §. damit auch diese Nütffe R. 7. 1576. § wann auch in dieser allgemeinen Reinck: de Regim: sec: l. 1. cl. 2. c. 9. n. 118. Indeque facilius ejusmodi exemptionis, immemorialis temporis spatio roborata, præscriptio admittitur Rec: 7. 1548. §. Wann auch ein aufgezogener verb. daß er je in

Menschen Gedächtnuß & s Uber solches aber verb. altem heer kommen Victor de Cauf.
exemt. Jmp. conclus: 17. Reink. d. l. n. 146. Scip. l. 4. decis. Camer. 126. Gylm. Sympho-
rem: tom. 1. p. 2. tit. 12. vol. 4. n. 58. & seq.

XXXV. Per Feudorum autem alienationem, quæ in scio Domino feudi con-
tingit, siquidem grave reipubl. potest accidere detrimentum; Imperatores Conradus
& Fridericus, ut ad pleniorum Imperii providerent utilitatem, hujusmodi alienationes,
nullius temporis præscriptione impediende, revocari posse voluerunt. *c. Hæc sunt: 2*
Feud. 40 c. Imperialem 2. Feud. 55. Quas constitutiones sicut ad illicitum hunc feu-
da alienandi modum restringit Gilken de præscript. part. 3. c. 13. num: 33. & num. 119;
ita non tantum de 10 vel 20. annorum, uti vult gl. in d. præf. 2. F. 40. & sec. eam Da-
nonnulli, sed etiam de longissimi temporis præscriptione accipiendas esse, rectè putant
Iserm: & Affl: ad d. 6. Hæc sunt § Præterea 2 F. 40. Fachin: Controv. jur. l. 7. cap. 61. Clar:
Sent: 4. § Feud: quæst: 45. Jas: Const: 15. num: 2. l. 1. Rosenhal de Feud: cap. 9. m: 2. concl:
97. num. 37. & autores ibid: sub not. G. allegati.

XXXVI. Est & ubi fiscus, qui in dubio, quando specialiter (publicæ utilitatis
videlicet ratione) privilegiatus non reperitur, privatorum jure utitur l. 1. C. de Pe-
tit. hered. & ibi Cyn. l. 37. D. de J. Fisci l. 3. C. de Rescind. vend. l. 6. C. de Jur. fisc. l. fin.
C. de Usur. fisc. l. 1. ibique Bart. C. de Conductor & proc. Anchar. Cons. 101. Guid. Pap. quæst.
536. num. 2. Alciat. de præsumt. præf. 41. num: 3. hunc pro damnis publicis avertendis
militantem favorem experitur; dum res & bona fisco incorporata non nisi per
quadraginta annos præscribuntur. l. 18. l. 24. in f. D. de Usurp. & Usuc. § 43. de Usuc. l. 2.
C. Commun. de usucap. l. 2. l. 3. C. Ne rei domin. vel templ. l. 1. C. de Bon. vacant. junctâ l.
4. C. de Præscr. 30. vel 40. ann. & l. ult. C. de Fund. Patrim. Sneiderwin. ad Instit: de usu-
cap. tit. de Spec. præscr. num. 61. Quam præscribendi rationem etiam in bonis civita-
tatum municipalium locum habere, rectè contra Welfembecium statuit Dn. Hahn: in
Observ. ad ejus parat. de Usurp. num. 7. verb. quedam quadraginta, exceptis tamen qua-
tuor casibus in l. 23. C. de SS. Eccl. expositis, de quibus postea.

XXXVII. Similiter ad evitandum publicum damnum tendit, quod fiscus in
contractibus & conventionibus cum dote pari passu ambulat per l. 2. C. de Privil. dot.
cui aliàs in lucrosis (uti sunt bona vacantia, bona delata & nondum denun-
tiata, quæque ob pœnam, vel ut indignis auferuntur) longè postponitur, hætenus vel
communi privatorum jure censendus per LL. superiori thesi in præ allegatas junctâ l. 17. D.
de J. Fisci l. 6. C. eod. Zas: ad l. 1. D. Sol. matrim. num. 41: & seq. præterquam quod et-
iam hic, nisi minora tempora expressè statuta sint, viginti annorum præscriptio custo-
ditur l. 13. D. de Div. tempor: præscr: ibique Dd: Peregr. de Jure Fisci l. 6. tit. 8. num: 61.
Ratione crediti igitur Fiscus in concursu præfertur hypothecariis anteriorem tacitam
hypothecam habentibus l. 30. D. de Reb. auct. jud. pos. Bald. in l. 12. C. Qui pot. in pign. vel
hyp: num. 8. expressam autem anteriorem generalem hypothecam habentibus præ-
fertur in bonis postea quæsitis l. 28. D. de Jur. Fisci, nisi etiam illa anterior hypotheca
simul potiori munita sit privilegio, uti est casus l. ult. D. Qui pot. in pign.

XXXVIII.

XXXVIII. Quemadmodum verò sub prætextu favoris publici neutiquam jus & favor legitimus privatis rebus vel personis competens debet offuscari; cum omnia, quæ contra juris rationem quocunque modo fiunt, pro nullis & infectis habenda sint *c. 64. de Reg. Jur. in 6*. Quemadmodum etiam humanius videtur, ut magna utilitas privata præferatur modicæ utilitati publicæ *Zaf. ad l. 1. D. Sol. matrim. num. 43. per l. un. §. Sunt qui 6. D. Ne quid in sum. publ. l. 6. C. de J. Fisci*. Ita sedulo providendum est, ne per favores, jura, ac privilegia, quæ privatas amplectuntur utilitates, reipublicæ grave aliquod & non compensabile damnum inferatur. *Nov. 149. c. 3. l. 36. in f. D. ad Municip.* æstimare enim debet Prætor utriusque utilitatis causam *d. l. un. §. 6. D. Ne quid in sum. pub.* Et hoc intuitu minores, quibus reipubl. quid committi debet, licet vigesimum quintum annum inceperint, ad capiendos cum damno publico honores non admittuntur, nequidem si ab exclusionem illâ perniciæ minoris dependeat *l. 8. D. de Muner. & honor.*

XXXIX. Huc pertinet, quod Imperator Anastasius clementer & providè statuit, ut Rescripta Principum, Pragmaticæ sanctiones, & Sacræ animadversiones, utpote quæ sæpe importunis, sæpe etiam falsis precibus impètrantur *l. 1. C. de Petit. bon. sublat. c. fin. de Rescr. in 6. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. C. Si contra jus vel util. publ. non debeant ab inferioribus Judicibus attendi, si utilitati publicæ adversa esse videantur l. ult. C. Si contra jus vel ut. p. nisi fortassis secunda accedat jussio. Nov. 17. c. 4. Felin. ad c. Nonnulli 28. num. 16. X. de Rescr.*

XL Et quanquam Leges nostræ Civiles non minus, quam Canones, Ecclesiarum libertati faveant, liberalitatisque iis exhibendæ omnem firmitatem libenter adhibeant *l. 1. l. 12. l. 19. & Auth. Cassa C. de SS. Eccles. c. Futuram 15. c. 12. quest. 1. & infinita loca alia*. Attamen si per hujusmodi liberalitates Ecclesia cum jacturâ publicâ ditescere incipiat; dubium non est, quin pro ratione publici commodi statuta & decreta immobilium rerum in Ecclesiasticos usus alienationem prohibentia in bene constitutâ rep. introduci & observari possint ac debeant, quâ de re vid. *Bald. in Rubr. num. 10. & in c. Ecclesia S. Marie num. 22. & in c. Que Ecclesiarum num. 8. X. de Constitut. Jason. ad l. fin. C. de Jur. Emphyt. Alciat. ad Auth. Cassa C. de SS. Eccles. Massuerius iur. de Locat. Luc. de Penna ad l. Jubeamus C. de Nav. non excus. Barbat. Consil. 30. l. 4. Signorol. de Homod. Conf. 21. Soc. jun. Conf. 241. numer. 1. vol. 2. Klok de Contribut. c. 12. num. 158. Dn. Mavius ad Jus Lub. l. 1. l. 2. art. 6. num. 7. Prout à Venetis observatum est, & contra vanos Pontificum latratus illos defenderunt Paulus Venetus Servius, Fulgentius Brescianus. Job. Marsilius, Nic. Crassus & alii. Nec Anglorum, Gallorum, Lusitanorum & Hungarorum statuta huc collineantia suis destituta sunt defensoribus, vid. *Polyd. Virg. Histor. Angl. l. 7. Bodin. de Rep. l. 5. c. 2. Arnif. de Subject. & exempt. cler. c. 4. num. 3. & seq.* Qualia etiam in quibusdam Germaniæ locis non tantum recepta, sed etiam in Camerâ approbata esse, notat *Gail. 2. Obs. 32. num. 5. & 7.**

XLI. Nec multum movere nos poterunt contrariæ dissentientium opiniones *Panormit. & aliorum à Pekko de Amortiz. bon. cap. 6. alleg. atorum.* nisi quod

plus aliquantò rationis inesse videtur iis, qui hujusmodi alienationes omnimodò libera esse debere contendunt, ita tamen, ut res alienandæ cum suo onere in Ecclesiam transeant, *per l. fin. C. de Exach. trib. ibique Bart. num. 1. l. Ad instructionem 7. l. Jubemus 10. C. de SS. Eccles. Bart. ad l. Rescripto Sciendum num. 5. D. de Mun. & hon. Abb. Panorm. in cap. Quod clericis X. de Foro comp. Peck. d. l. quàm qui rem collectari consuetam, transeundo ad Ecclesiam hoc onus temper amittere statuunt, de quo post alios latè die sputat Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 76. X. de Constitut.*

XLII. Hactenus de damni publicè vitandi favore. Sequitur ut videamus, quàm pro lucris captandis id amplectendum, nec facile prætermittendum sit, quod in commune prodest *see l. 5. in f. D. de Oper. publ. l. 3. § 15. D. de SCro Syllan.* Hujus etenim generis aliqua saltem ex jure nostro promere liceat exempla. Et cum aliàs non exigui favoris indicium sit, quod in plurimis juris articulis bonum reip: bono Ecclesiæ æquetur, adeo ut argumentatio ab hac ad illam satis rectè procedat *arg. Nov. 7. c. 2. §. 1. Nov. 6. in præfat. in pr. Gl. in l. 34. D. de Rejudic. Bald. in l. Bene à Jenone C. de Quadr. præser. num. 10. Bart. in Rubr. Dig. Ver. num. 13. in f. Joh. de Platea in l. 3. C. de Jur. Reipubl. Dec. in c. Epistole num. 68. X. de Constitut. Everh: Top. loc. ab Eccles: ad Fiscum. Bald. Conf. 396. vol. 3 Goedd. Conf. 34. num. 12. Cothmann: Resp. 61. num. 33 vol. 2.* Tum satis singulare videtur, quod pro rebus quibuscunque civitati donatis, legari, fideicommissive jure relictis, ut & venditis, non tantum reales & hypothecariæ juxta ac personales actiones concessæ; sed etiam exactio earum ad centum annorum spatium usque libera conservetur *l. 23. C. de SS. Eccles.* Et quanquam ea, quæ de centenariâ ejusmodi rerum præscriptione circa Ecclesias disposita sunt, ad solam Romanam Ecclesiam restringenda videantur *per Auth. Quas actiones ib. Nov. 9. c. 1. Nov. III. c. 6.* Tamen Reipub: sive illa superioritatis jure gaudeat, sive alteri subsit, nihil inde favoris decedit; quin ea, quæ de civitate ibidem statuta sunt, antiquæ dispositioni relicta cententur; ita ut qui civitati aliquid donavit, reliquit, vel vendidit, ut & hæredes atque successores ejus universales, non nisi centenariam objicere possint exceptionem. *Bald. ad d. l. 23. num. 7. Jaf. ad auth. Quas actiones C. de SS. Eccles. Cujac. l. 5. obs. 5. Treuil. vol. 2. disp. 22. th. 4. lit. M. Berlich. tom. 2. Concl. 8. num. 4. & 5.*

XLIII. Hujus porro favoris non dissimile est argumentum, quod conditiones donationibus, quæ in remp. fiunt, appositæ ita demum rari habentur, si utilitas publica patiat, adeoque si damnosæ sint, observari non debent. *l. 13. §. 1. D. de Pollicit. l. 4. de Adm. rer. ad civ pert: Cum tamen aliàs donationes sub conditione factæ eâ demum existente effectum sortiantur l. 2. §. 5. D. de Donat. l. 48. §. 1. ver. Sed si extiterit D. de Vulg. & pup. subst.*

XLIV. Et cum aliàs ipsa utilitatis publicæ ratio non permittat ædes vel villas dirui, aut aliquid inde detrahi, quò publicus deformatur aspectus *l. 52. D. de Contr. emt. l. ult. D. de Damn. inf. l. 2. C. de ædis. priv.* si nihilominus, qui ad reip. (in quâ vivunt) opus faciendum aliquid promiserunt vel reliquerunt, ex ædibus suis sive rusticis sive urbanis illud detrahere non prohibentur. *l. 41. §. 5. D. de Leg. 1. d. l. ult. D. de damnis*

damno inf. Immo ex solâ pollicitatione ad præstandum obligantur *per l. un. C. de Ratis sin. op. publ. Christin. vol. 4. de cis. 150. n. 3.* præsertim si ex causâ, vel propter honorem consequendum promissio facta sit *l. 1. §. 1. l. 4. l. 6. l. 7. l. 9. D de Pollic. vel si opus jam cœptum sit l. 3. eod.*

XLV. Monopolia, utpote quæ dispendium communi plebeculæ solent inferre, avaritiæ ancillari, & in tenues familias egestatem & famem immittere *Damboud. Prax. Crim. c. 132. circa fin. serio & sub gravibus pœnis prohibita esse, neminem ignorare sinit famola l. un. C. de Monop. l. 2. D ad l. Jul. de ann. Rec. Imp. anni 1512. §. und nachdem Rec. Imp. 1524. §. Item dierweil Rec. J. 1529. §. Item nachdem die Monopolien inf. Ord. pol. 1548. tit. 18. Ord. pol. 1577. tit. 18. & similes textus infiniti. Damboud. d. tr. cap. 132. Decian. in Pr. Crim. l. 7. c. 21. Borcholt conf. 17. qu. 11. adeo ut ne ab ipso quidem Imperatore eorum usus cuiquam concedendus sit, vigore novissimarum Capitulationum Ferd. IV. §. 18. & Leop. Imp. §. 20. Interim non necessitatis tantum, sed etiam utilitatis publicæ gratiâ eadem à summâ potestate licito modo exerceri, vel aliis etiam moderatum eorum usum concedi posse, innuit *Grotius l. 2. de J. B. & P. c. 12. n. 16. Menoch. de Arbitr. jud. qu. l. 2. cas. 569. n. 27. rationibusque & autoritatibus firmat Frischius in Comment. ad l. un. C. de Monop. c. 10. n. 47. & seq. Id quod insolens non est, in pr. si vel annona vel alia merx publicè utilis in civitate deficiat; tum enim uni vel pluribus ejus rei impensas vel periculum facientibus monopolium in illo genere ad tempus concedi solet. Vel si quis nondum usitatum nec ulli exercitum manufacturæ genus (newe manufacturen so bisß dahin in der Stadt niemand anders gemacht) introducere velit, ei privilegium ad tempus cum exclusione aliorum, absque monopolii vitio, concedi potest *Molin. de J. & J. disp. 345 numer. 3. Brunnemann; in l. un. C. de Monopol. Ad horum autem introductionem, sicut in Imperio omnium procul dubio Statuum, hodie requiritur assensus per ad. Capitull. Ita in singulorum Statuum sive mediatorum s. immediatorum ditioribus ea tum demum approbari & introduci poterunt, si ea Imperio Statibusque aliis vicinis nullatenus noxia esse & præjudicare reperiuntur per verb. Fügen dem H. Reich und allen Ständen merklichen Schaden zu d. Rec. de anno 1512. & aliorum similia.***

XLVI. Hinc ad ultimum caput, dignitatem nimirum & splendorem publicum devenimus, cujus etsi tantò minor in jure favor esse videtur, quantò magis à præmemoratâ necessitate & utilitate propriè dictâ recedit *per l. 10. C. de Annon. & Trib.* Tamen non desunt argumenta & exempla, quæ huic etiam aliquam præ privatis utilitatibus prærogativam indulgent; præsertim in quantum illa universam afficit rem publicam; Cujusmodi dignitatem omnibus privatis commodis anteponeere benevolentia imperialis proprium est *c. Imper. pr. 2. Feud. 52. & sine quâ otium seu quietem publicam retineri vix posse censuit Cic. Orat. pro P. Sextio. ut adeo hujus dignitatis publicæ merito major ratio, quam privatæ utilitatis, habenda sit arg. Auth: Res quæ C. Commun: de Leg. Cod. Fabr. l. 4. tit. 16. def. 13. n. 10. in all. de Leg. Cod. Fab. l. 4. tit. 16. def. 13. n. 10. in all.*

XLVII. Sed & ea, quæ ad ornatum & externum reip, decorem pertinent, non

omnino favore juris destituuntur. Reipublicæ enim interest, ne urbs ruinis deforme-
 tur l. 2. §. Si quis 17. l. ult. D. Ne quid in loc. publ. l. 20 §. 10. D. de Op. nov. nunc. l. 2. C. de
 Ædific. publicis: Gail: 1. Obs: 16. numer: 17. Gail: de pignori: obs: 20. numer: 5. & ideo domi-
 nus ruinosarum ædium, si dives sit, pignoribus captis & multâ indictâ ad reficiendam
 domum cogi potest l. 7. D. de Off. Præs. l. 46 D. de Damn. inf. l. 8. C. de Ædific. priv. Spec. l. 2. p. 1.
 tit. de Satisfact. §. Est quoq; n. 2. Si vero pauper reficere nequit, ad vendendum illam justo
 precio alteri poterit compelli. arg. d. l. 7. D. de off. Præs. Rom: Singul: 784. Capoll: de
 Servit. Urb. præd. c. 59. num. 4. Vel si justo præcio vendi domus nequit, petat è publico
 sumptus ad refecionem necessarios per l. Lege 25. D. ad SC. Syll. l. 1. C. Pro quibus caus.
 serv. pro præm: lib: acc: Specul: d. l. Capoll: d. l. qui tamen, si statuto tempore cum usu-
 ris non restituantur, domus illa jure distrahetur l. 46. §. un. D. de Damn: inf.

XLVIII. Propter istum favorem etiam ædificia, quæ contra ornatum faciemq;
 civitatis decoram extructa sunt, ut & quibus platearum vel porticum latitudo an-
 gustatur, nullâ vel præscriptionis vel rescripti Principalis ratione habitâ, dirui jubentur
 l. 6. l. 14. C. de Oper. publ. Quod vero Ludov. Rom: sing: 718. & post eum Felin: ad
 c. Nonnulli 28. n. 16. it. gl. fin: ad l. ult: D. de Damn: inf: ex d. l. 14. C. de oper: publ: hoc
 singulare elicere vult, ut sc. officialis viæ sive plateæ publicæ propriâ autoritate facere
 possit, ut destruat domus privata, quo pulchrior civitas evadat, restituito domine precio
 domûs; id sec: Perez: ad C. de Oper: pub: num: 4. non nisi cum moderamine l. 9. C. de
 oper: publ: admittendum est, & quidem ita, ut à Superioris consilio id debito modo pro-
 cedat, & adeo fiat omnis damni restitutio, ne privatus prætextu publici operis damnum
 sibi illatum ex Nov: 17. c. 4. queri possit. Liberior enim jus privatorum auferendi
 potestatem ad primum utilitatis publicæ gradum magis restringendam censo.

XLIX. Quæ verò supra hesi 44 de pollicitatione rerum ad publica ædificia pertinentiû
 præfati sumus; eadem quo minus de his, quæ publici decoris gratiâ extruenda sunt,
 per generalitatem jurium ibid: allegatorum accipiamus, nulla contrarii juris ratio pro-
 hibere videtur.

L. Ejus vero autoritatis, quæ personis in publico officio honorificè constitutis
 indulgetur, quæque propriè dignitatis nomine venit, satis favorabilem in jure ratio-
 nem haberi. it: C. de Dignit: it: C. Ut dignitarum ord. serv. C. de Equest. dignit: & seq:
 ut & tituli qui in D. pariter atque C. de variis agunt Magistratuum Officiis, Honoribus & Im-
 munitatibus. it: l. 1. D. de Alb: scrib: Nov: 71. ut & tit: X. de Præl: & dign: Clem: & Ex-
 tray. Comm: eod: tit: nec minus Aurea Bulla, Ordinationes Politicæ, aliæque Imperii
 Constitutiones passim & sufficienter demonstrant: Et hinc contentiones de hono-
 ribus & dignitatibus non justam tantum & probabilem, sed etiam quodammodo ne-
 cessariam vocat Natta Conf: 637. in princ. Cur enim non habeant dignam suâ præ-
 rogativâ fortunam, qui suis consiliis suisque laboribus pro Rep: die noctuq; laborant?
 l. 3. in f. C. de Quadr: præser.

LI, Imperatori præcipuè, qui Caput est totius Imperii, inter alia Regalia etiam
 iila

illa reservata, quæ ad splendorem & præminentem dignitatem faciunt, quæque jura dignitatis vocantur *Arnif. de Jur. Maj. l. 3. c. 1. pr.* facta utrique & recta esse debent, Sancti Sanctorum instar, in quod nemo præter Ipsum intromittitur. *Covarr. pract. qu. c. 4. Car. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. § 3. gl. 4. n. 16. Reinking. de Reg. sec. & Eccl. l. v. cl. 4. c. 19. n. 126. Clapmar. de Arc. rerump. l. 1. c. 10.* Adeo ut, qui ea violaverit, ad similitudinem læsæ majestatis periculum sustinere debeat *l. 4. in f. C. de Vest. holob.*

LII. Pari ratione etiam Statibus, qui illustria Imperii membra sunt, & quos Imperator, ceu partem corporis sui *A. B. c. 24. in pr. junct. §. fin.* in partem quoq; sollicitudinis constituit *Steph. de Jurid. l. 2. p. 1. c. 6. n. 13.* suis singulis competens honor, splendor, præcellentia & dignitas ut conservetur, non minus Imperii, quam ipsorum Statuum publicè interest *per l. 1. §. 13. D de Ventro inspic. l. 9. C. de Quest. Corn. conf. 335. n. 18. Ang. Perus. conf. 68. n. 4. Klok de contrib. c. 12. n. 163. ibique alleg. Schrader. conf. 4. n. 212.* Et de eo post *Aur. B. c. 13. & c. 24. in f.* in omnibus Capitular. *Imp. sub ver: Wården/ auch sonst jedem nach seinem stande/ ut & Receßibus Imper. cautum esse legimus.*

LIII. Sic etiam tantus Familiarum Illustrium in Imperio conservandarum & amplificandarum est favor, ut illarum non minus, quam publicæ tranquillitatis intuitu pacta successoria, quæ aliàs regulariter de jure communi prohibita sunt *l. 15. & l. ult. C. de Pactu l. 5. C. de Pactu conv.* non tantum sæpenumero inter diversas Illustres Germaniæ familias inita sint, sed etiam clementissimè ab Imperatoribus ratihabita, tam firmiter sustineantur, ut nullum jus, nulla consuetudo vel statutum contra ea allegari debeat. *Reink. de Reg. sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 18. num. 4. & seq. Limn. l. 4. c. 8. n. 126. & seq. Gail. 2. obs. 127. Carpozov. dissert. de Pact. confrat. Sax. Hass. Zaf. conf. 2. l. 1. & alii sine numero.*

LIV. Dubium tamen hîc oriri facilè posset, cum olim ejusmodi pacta per solius Imperatoris confirmationem secura fuerint *Clapmar. de Arc. rerump. l. 2. c. 27. Gail: 2. Obs: 127. n. 5. & seq. Limn. d. l. & alii,* anne per Capitulationes, inprimis novissimas *Ferdin. IV. art. 30. Leop: art: 30.* ad eorum firmitatem etiam consensus saltem Electorum requirendus sit; præsertim cum hæ confraternitates utriusque pro expectantiis habeantur, expectativæ autem hujusmodi promissiones nihil aliud sint, quam suspensivæ investituræ? Quas etsi componere lites non nostrum fortè sit; si tamen, quod sentiam, dicendum est, in affirmantium castra, sub libertatis Academicæ scuto, transiverim.

LV. Et verò omnibus personis in publico aliquo dignitatis officio constitutis suum ritè attributum ordinem servari debere *l. 1. D de Albo scrib. & l. 2. C. Ut dign. ord. serv.* facilè probant; Et, si quis imperialia præcepta negligens indebitum sibi locum usurparit, illum sacrilegii reum agnoscit *l. 1. C. Ut dign. ord. serv.* Magistratibus quidem, sicuti uni præ altero ad disciplinæ publicæ emendationem plenior licentia data est *l. un. D de Off. Præs. Præs.* Ita omnibus serio injunctum, ut contemni se non patiantur; sed potius dignitatis auctoritatem ingenio suo augeant *l. 19. D. de Off. Præs.*

LVI. Et

LVI. Et ut ne hæc Superiorum & Magistratum sacra autoritas per importunas & levidentes subditorum querelas tam facile floccifiat, favorabiliter pro iis semper juris militat præsumptio p̄ iult. C. ad L. Jul. repet. l. 2. C. de Off. Civ. Jud. ver. non arbitramur c. Præsentia X. de Renun. c. Sicut nobis f. X. de Sent. & re jud. Roland. cons. 6. n. 3. vol. 2. Mind. de Mandat. jud. l. 2. c. 13. n. 3. & 4. Menoch. de præsum. l. 2. præf. 6. numer. 7. a deo ut Superior non audiat subditos, nisi atrocitas injuriæ appareat, l. Prætor edixit 7. §. 2. ver. nec patietur D de Injur. Gail. l. 1. Obs. 17. n. 6. Et hinc salubriter in Imperio receptum & cautum est, ut processus directe contra Magistratum pro subditis non facile decernantur, sed prius literæ informatoriæ expectandæ sint Rec. de anno 1554. §. Benebens sollen 99. & quod mandata sine clausula subditis contra Magistratum non facile decernenda sint, jam ante constitutum fuit Rec. 1594. §. So soll auch zum sünften Memor. vis. ann. 1508. it. anno 77. §. Nachdem auch in Regensp. Cifer. fol. 341. Denais mandata sine clausula §. 5. Gail. l. 1. obs. 13. n. 4. & Obs. 17. n. 6. Rdding. Pand. Cam. l. 1. tit. 12. n. 23. l. 3. t. 6. n. 16.

LVII. Et quæ sunt alia id genus beneficia, favores & privilegia, personis publicis ob devotionem multorum munerum testimoniis confirmatam, ut ait l. 17. C. de Quæstion; indulta sunt, vel jure & ex æquitate competere possunt. Quæ tamen rursus ita accipienda sunt, ut ne publicæ utilitati indebito modo obsistant l. 10. C. de Annon. & trib. sed potius ut sec. l. 18. in f. D de Judic. publica salus & utilitas per ea promoveatur & augeatur, vel saltem utriusque simul justa & æqua habeatur ratio arg. l. 7. D ad SC. Trebellian.

LVIII. His ita sufficienter, quantum fieri potuit, delineatis, superest, ut, quis demum omnis hujus de Favore publicæ utilitatis tractationis finis atque usus sit, paucis etiam indicemus. Et finis quidem sicut alius non est, quam ut necessitatibus & commodis publicis per Leges & eorum, qui legibus præsunt, autoritatem quàm optimè subveniatur, incommodis verò obviam eatur;

LIX. Ita usus illius in hoc videtur consistere, ut secundum hanc normam, nimirum pro ratione necessitatis, utilitatis & honestatis seu dignitatis publicæ jus in quantum id aliàs obscurum, ambiguum aut deficiens est, vel 1. Interpretatione adjuvetur, vel 2. Jurisdictione suppleatur, vel 3. Autoritate corrigatur l. 7. §. 1. D de Just & J.

LX. Interpretationem Legum propriè dictam, quæ ad Jurisconsultos per l. 2. §. 5. D. de Or. Jur. l. 7. C. de Professor & Med. l. un. C. de Profess. qui in urb. Const. non minus, quam Judices suo modo spectat l. 13. D de LL. in declarativam, ampliativam, & restrictivam à Dd communiter dispesci, notum est. Præter declarativam igitur interpretandi rationem, quâ ostenditur, quam sedula & accurata in Jure scripto ejus, quem profitemur, favoris publici habita sit ratio; Verus leges adjuvandi modus, quem publica hæc & favorabilis nobis suppeditat utilitas, partim erit ampliativus seu extensivus per reg. general. 3. Th. 10. quæq; huc spectant exempla & Regg: supra expositas Hunn de autorit & interpr. Leg. c. 23. Förster. de Interpret. Jur. l. 2. c. ult. reg. 70 Decian. Resp. 1. n. 321 vol. 1. partim restrictivus per Reg. gener. 4. 6. 11. Theseos 10. it. Thes. 12. 13es. 14. 17. & simil.

Extensivus quidem, vi & naturâ ipsius favoris per se extensivi; Restrictivus autem propter objecta externa aliter sese habentia.

LXI. Et verò quantum hæc publicè favorabilis extensio valeat, id cum in infinitis materiis aliis, tum singulariter in pœnis publicè statutis apparet. Quæ, et si per se & suâ naturâ odiosæ, adeoque restringendæ per *c. odia 15. de Reg. 7. in 6. & in casu dubio potius molliendæ, quam exasperandæ sunt l. 32. l. 42. D de Pœn. l. 20. inf. D. de Reb. dub. l. 155. in f. D. de Reg. 7. Nihilominus si favor publicus (cujusmodi est provinciam in quiete conservare l. Congruit D de Off. Præs. & maleficia punire l. 18. § 1. D de Judic. l. 51. § 2. Dad L Aquil.) aliud suadeat; constitutiones etiam pœnales in iis maleficiis, quæ certo commissa esse constat, instar favorabilis legis, extendi possunt. Bart. ad l. 7. C. de Agric. & cens. Dyn. ad c. odia de Reg. 7. in 6. n. 3.*

LXII. In jure quidè nostro ejusmodi extensiones satis frequentes sunt. Sic L. Aquilâ, pariter atq; de homicidio, omnes qui ferierunt, teneri, si non apparet cujus ictu servus perierit, favorabili extensione statutum est l. 11. §. 2. & §. 4. l. 51. §. 1. Dad L. Aquil. Quemadmodum etiam in odium furum & publicæ utilitatis favorem in genere obtinet, quod plurima judicia in fures comparata sint, & in specie, quod furti actione omnes teneantur de trabe, quam singuli ferre nequiverunt. d. l. 51. § 2. Dad L. Aquil.

LXIII. Sic publico favori imputandum est, quod Imperator Carolus V. certam pœnam furti simplicis tribus vicibus perpetrati statuerit suspendium & suffocationem. Ord. Crim. art. 162. quæ pœna etiam ad magnum furtum unicum, ut & ad geminatum ex arbitrio judicis pro publici commodi ratione & circumstantiarum qualitate extendi potest per Ord. Crim. §. 160. & 161. inf. Carpz. prax. Crim. part. 2. qu. 78. n. 73. Menoch. de Arb. Jud. qu. l. 2. cent. 3. cas. 295. n. 9. Berl. tom. 5. concl. 43. n. 18. & seq. it. n. 79 & seq.

LXIV. Eadem ratio faciliè purgabit, si quid durioris crudelitatis inesse videatur legi §. C. ad L. Jul. Maj. quæ etiam in Aur. B. c. 29. relata legitur. Quod crimen propterea graviter vindicandum ait autor ad Herenn. l. 4. quia in universæ reip. detrimentum tendit, & quia hostili modo adversus reip. venit l. ult. D ad L. J. Maj. Arn. de Jur. Maj. l. 1. c. 6. n. 10.

LXV. Huc quoque spectat generalis illa juris nostri concessio, quâ crescentibus & multiplicatis delictis pœnæ quoque augeri, & ita peccatis nimium grassantibus obviari potest l. 16. §. ult. D de Pœn. l. 16. §. Nec tamen C. de Mod. mulc. l. 1. D de jur. patron. l. 3. §. 9. D de Remilit. l. 3. C. de His qui not. inf. & sim. Et quanquam interdum major reip. utilitas & necessitas remissionem delictorum suadere possit, sicut apud Italos sæpissimè tempore belli, alteriusve necessitatis ratione, in bannitorum personis factum esse constat, Bazoard. ad Clar. Sent. l. 5. §. fin. qu. 59. n. 97. Per hoc tamen ipsa reip. utilitas nullatenus restricta, sed potius ampliata esse intelligitur.

LXVI. Ut adeò hinc faciliè pateat, quam publica hæc utilitas per se purè sit ampliativa; Quæ tamen tum demum restringenda & communioris juris loco habenda est, si vel majoris utilitatis publicæ ratio, vel certum & definitum jus, vel denique evidens & aperta pro rebus aut personis privatis fortiùs militans æquitas id desideret. Cautè enim hic non Indicr minus quam Interpretibus juris versandū est, ne, dum publicis intentiùs studetur commodis, ipsa laudatur justitia, vel potior privatimèritò favens æquitas offendantur. Etenim ita hæc publici favoris æquitas est spectanda, ut Legum voluntas non tollatur l. 18. D de LL. l. 183. D de R. j.

Donelli

Donell. de jur. civ. l. 1. c. 13. & ne injuriarum nascatur occasio, unde jura nasci debent l. 6. C. Unde vi. t. t. C. Ne fiscus vel resp. Nec enim publicè prodesse confetur singulis legum adminicula denegari. un: C. de Sent. Pref. Prat. Quod verò soepissimè privatorum etiam jura atque privilegia publicis utilitatibus fortiora sint, iisq; prævalere debeant, id quidem per l. 15. D ad Sc. Mac. l. 1. § 2. C. Si adv. fsc. l. 9. D de appell. aliq; infinita loca satis est perspicuum.


LXVII. Supplendi autem juris potestatem quod attinet, ea sicut penes judicem pro Jurisdictionis sibi attributæ modo propriè residere videtur per l. 12. l. 13. D de Leg. Ira & hic (præsertim si legum condendarum & abrogandarum facultate destitutus sit) tutissimè hæc in parte procedet, si scripti juris accuratam analogiam semper habeat præ oculis, & deinde æquitatem (quæ favoris omnis fons est) non cerebrinam, sed quæ in ipsis rerum obtinet argumentis, quæque illi æquitati, quam jura profitentur, maximè consona est, studiosissimè sibi sequendam esse meminerit, *sec. l. 8. C. de Jud. l. 4. D. de Eo quod certo loc: Menoch: de arbitri: jud: qu. l. 1. q. 65. Mynsing: cent. 6. Obs. 63. Christin. dec. 62. n. 3. & seq. vol. 2. Gail. 2. O. 23. n. 26.*

LXIX. Quoniam denique evenire facile potest, ut Lex aliqua (etiam quæ aliàs salutari consilio lata & stabilita est) pro rerum & temporum varietate publicæ utilitati videatur planè contraria; *Nov. 7. c. 2. in pr: pref: Nov. 39. pref. Nov. 49. Nov. 60. & simill.* Consequens est, ut paucis lustremus quanta in corrigendis, vel planè negligendis ejusmodi Legibus sive Statutis hujus favoris vis sit. Et verò quemadmodum illi, quod sat claris & apertis verbis in jure decisum reperitur, regulariter standum, nec ab eo jure, quod semel æquum visum fuit, quodque certam semper habuit interpretationem, recedendum est; receditur tamen, si id valdè evidens & insignis utilitas suaserit *l. 2. D. de Const. Pr. l. 23. D. de LL. l. 183. D. de R. 7. ab iis sanè, quibus liberius Imperium est, eò facilius; at inferiores Magistratus & Judices in municipiis, qui legis condendæ potestate destituti sunt; (aliud enim in iis est, qui Statum Imperii representant) moderatiores sint, nec adeo liberam diversum statuendi autoritatem sibi sumant, sed potius legem, quamvis duram, ritè, & decenter observent *sec. l. 12. § 1. D. Qui & à quibus man.* Aliàs enim Legibus sua non conservaretur autoritas, contra ea, quæ in politicis docentur à *Plat. dial. 4. de LL. Arist. 3. pol. c. 16. §. Eth. c. 10. & Jcti observant l. 1. § 4. D. ad Scitum Turp. l. 8. § 2. C. ad L. Jul. de vi publ.* Si tamen Magistratus, (quamvis municipalis) nihilominus communi civitatis utilitate evidenter urgeatur; meminerit saltem, in eo, quod ultra præscriptos potestatis suæ limites fecerit, à se posse aliquando rationes exigi per Principem aut Superiorem, cujus ab autoritate illius potestas dependet, *arg. l. 4. D de Recept. qui arb. rec. l. 32. D de Injur.**

LXX. Superior Magistratus autem seu Princeps, penes quem Majestas & Legum Statutorumve condendorum potestas residet, cujus propria est authentica & Legislatoria interpretatio *l. 1. l. 9. l. 12. C. de Leg. quiq; sibi præcipuè dictam hanc summam Legem esse novit Salutem Reip: & ne quid subditi detrimenti capiant. Nov. 149. c. 3. ibiq; Gothofr: Cic: & Plat: in libris de LL. passim exigente publicâ necessitate & utilitate Leges civiles positivas & statuta locorum non tantùm negligere, sed etiam (pro ut reip: cura id exposcit, & pro potestatis suæ modo) corrigere & immutare potest ac debet, *Nov. 98. in pref: Nov. 149. pref: c. 8. X de Consangu: & affin: Dico Leges Civiles: Nam jura verè naturalia ne summus quidem Princeps ex toto vel ex parte violare vel tollere potest; § 11. J. de J. N. G. & C. § 11. J. de Hæred. que ab int: § ult. J de Leg it. agn. tut. l. 8. D de R, J. c. 2. dist. 8: nisi extremâ fortassis ingruente necessitate.**

LXXI. Plura de ubere hac & per omnes ferè juris articulos diffusâ materiâ adjungere temporis & loci ratio non permittit. Eam, ubi melior sese fortassis occasio Deo dante offeret, plenius aliquantò & accuratius sumus exhibituri. Interim
Esto aliquid prodire tenus, cum non detur ultra.

F I N I S.



illa reservata, quæ ad splendorem & præminentem dignitatis vocantur *Arnif. de Jur. Maj. l. 3. c. 1. pr. Sancti Sanctorum instar, in quod nemo præter Ip. c. 4. Car. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. § 3. gl. 4. n. 1. cl. 4. c. 19. n. 126. Clapmar. de arc. rerump. l. 1. c. 10.* litudinem læsæ majestatis periculum sustinere debe

LII. Pari ratione etiam Statibus, qui illi Imperator, seu parte corporis sui *A. B. c. 24. in pr. tudinis constituit Steph. de Jurid. l. 2. p. 1. c. 6. n. 13* splendor, præcellentia & dignitas ut conservetur, Statuum publice interest *per l. 1. §. 13. D de Ventre 335. n. 18. Ang. Perus. conf. 68. n. 4. Klok de contrib. c. conf. 4. n. 212. Et de eo post Aur. B. c. 13. & c. 24. sub ver: Wården/ auch sonst jedem nach seinem stat esse legitimus.*

LIII. Sic etiam tantus Familiarum Illustri amplificarum est favor, ut illarum non minus, tu pacta successoria, quæ aliis regulariter de jure *ult. C. de Passu l. 5. C. de Passu conv. non tantum Germaniæ familiis inita sint, sed etiam clementissimam firmiter sustineantur, ut nullum jus, nulla consuetudo debeatur. Reink. de Reg. sec. & Ecc. l. 1. cl. 4. c. 126. & seq. Gail. 2. obs. 127. Carpzov. diffus. de Pa l. & alii sine numero.*

LIV. Dubium tamen hæc oriri facile possent, si Imperatoris confirmationem secuta fuerint *C. Gail. 2. Obs. 127. n. 5. & seq. Limn. d. 1. & alii, an neissimas Ferdin. IV. art. 30. Leop. art. 30. ad eorum si Electorum requirendus sit; præsertim cum hæc constantiis habeantur, expectativæ autem hujusmodi suspensivæ investituræ? Quas etsi componere licet quod sentiam, dicendum est, in affirmantium castro transiverim.*

LV. Et verò omnibus personis in publico suum ritè attributum ordinem servari debere *l. 1. D. serv. facile probant; Et, si quis imperialia præcepta usurparit, illum sacrilegii reum agnoscit l. 1. C. Ut dem, sicuti uni præ altero ad disciplinæ publicæ cetera est l. un. D. de Off. Pres. Pres. Ita omnibus serio in antur sed potius dignitatis autoritatem ingenio suo*

ciunt, quæque jura & recta esse debent, tur. *Covarr. pract. quæ Reg. sec. & Ecc. l. 1. violaverit, ad simi Vest. holob.*

membra sunt, & quos partem suamq; solliciti competens honor perii, quàm ipsorum *Quæst. Corn. conf. que alleg. Schrader. bus Capitular. Imp. ribus Imper. cautum.*

conservandarum & tranquillitatis intuibita sunt *l. 15. & l. inter diversas Illustris atoribus ratihabita utum contra ea alleg. eq. Limn. l. 4. c. 8. n. Hass. Zaf. conf. 2. l.*

modi pacta per so. *rerump. l. 2. c. 27. nes, in primis novis n consensus saltem utriusque pro expectabile nihil aliud sint, quàm forte sit; si tamen, s Academiæ scuto,*

is officio constitutis *l. 2. C. Ut dign. ord. debitum sibi locum Magistratibus qui plenior licentia dante omni se non pati D. de Off. Pres.*

LVI. Et

